



QUOD DEUS TER OPT. MAX.
fortunet!

744.

32

EODEM PRÆSIDENTE

NOBILISSIMA ET AMPLISSI-
ma Facultate Juridica

1642,3

IN ALMA ARGENTORATENSIVM UNI-
VERSITATE DECERNENTE,

DISPUTATIONEM HANC
INAUGURALEM

De

RECONVENTIONE

*Pro consequendis ritè rectèque summis in
utroque Jure honoribus & pri-
vilegiis*

DOCTORALIBUS

Solemniter examinandam proponit

JOHANNES GEORGIUS à GULCHEN
Spirâ-Nemes.

Ad diem 7. Mensis Septembris, Horis locoque ordinariis.



ARGENTORATI

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

Anno M. DC. XLII.



AUGUSTISSIMI
CAMERAE IMPERIALIS JUDICII
Adfessoribus gravissimis,

VIRIS

PRÆSTRENNO, MAGNIFICIS,
Nobilissimis, & Amplissimis

Dn. ABRAHAMO à Schleinitz

Dn. JOHANNI JACOBO Buntz

Dn. GEORGIO FRIDERICO
Mohr

Dn. JOHANNI HERMANNO
Stamm

} Ctis præ-
minentissi-
mis.

*Dominis, Patronis, Promotoribus, & respectivè
Affinibus suis summo observantiæ & obse-
quij cultu atatem venerandis.*

Inauguralem hanc
Disputationem
Ulterioris favoris & benevolen-
tiæ promerendæ causa,
*Reverenter ac officiosè inscribit
& offert*

Johannes Georgius à Gulchen.



JOVA JIVA! DE RECONVENTIONE.

THESIS I.



Um in omni tractatione, quæ de re aliqua suscipitur, justum ordinem observare deceat, qui teste Ioh. Ferrario, est modus cujusque rei benè agenda, quo prætermissis confusè omnia atque ineptè gerantur, de Iudic. præexercit. lib. 1. cap. 2. è contra illo servato, confusio evitatur, difficulta faciliora redduntur, intelligentis mens præparatur, & memoria artificiosissimè reformatur, notante Rutg. Ruland in præfat. ad Lect. tract. de Commis. præfixa: ita & mihi quoque de Reconventionis materia (quam inter omnes Juris nostri articulos, numero plurimos, pondere gravissimos, primarium locum tenere testatur Salic. in Auth. & consequenter. num. 1. C. de sentent. & interloc.) quâ potero brevitate, ut angustia temporis exigit, acturo, nominis notationem præmittere visum est, siquidem nominum cognitio plurimum ad rerum intellectum confert, & usu alicujus nominis cognito èd facilius provehimur in rei perceptionem, Plat. in Cratyl.

II.

Nemo autem est, opinor, etiam ex elementariis, qui nesciat Etymologia. verbi Reconventionis originem Grammaticam. Scilicet ea compositum est vocabulum, à re & conventionem, sicut verbum Reconvenire à re, & convenire, præpositione Re, iterationem & geminationem denotante, ut Reconvenire sit rursus, vel contra, vicissim convenire. Et hæc reconventionis Etymologia plus quàm clara, & manifesta est.

III.

Ejus usum & significatum, vel quomodo in Jure accipiatur, indicatum ibo. Ubi priùs illud monuero, utroque Jure tùm Civili, l. 14. cum Auth. seq. C. de sentent. & interloc. Nov. 96. cap. 2. & aliunde passim, cùm Canonico, t. t. extr. de mut. petit. c. cum dilectus 2. S. nos



causam, extr. de ord. cognit. nec non Camerali, part. 3. Ord. Cam. 30. reconventionem admissam, licitam, & fundatam deprehendi.

I V.

Vsus five
acceptio
vocabuli.

Igitur Reconvenire significat, vel dicitur, qui actorem vicissim actione contra ipsum intentatâ pulsat, & convenit. Ut enim conventio & convenire est actoris, *l. si homo 45. ff. de rei vind. l. si actor. 29. ff. de procur. l. cum notissimi. 7. §. 1. & §. 5. C. de prescript. 30. vel 40. ann. l. 1. ff. rem. rat. hab.* Unde & libellus conventionis in *l. fin. vers. sancimus, C. de annal. except.* sic reconventio & reconvenire, est rei conventi, nihilq; aliud est reconvenire, quàm contra in jus vocare, licentemq; movere, seu uti loquitur, *d. t. 30. p. 3. Ord. Cam. in das Widerrecht verassen / & reconventio nihil aliud, quàm mutua vel contraria actio, arg. c. 2. extr. de ord. cognit. Petr. Frid. Mind. lib. 3. de Process. c. 6. n. 3.*

V.

Synonymia.

Synonymæ Reconventionis appellationes apud veteres Ictos sunt, mutua actiones, *l. 11. §. 1. ff. de jurisd. mutua petitiones, l. 1. §. ult. ff. qua sent. sine appell. & c. l. 34. ff. de procur. l. 15. ff. de except. rei jud. l. 38. ff. mand. l. 1. §. ult. ff. de extraord. cognit. l. 6. C. de compens. l. 1. C. rer. amot. tit. decretal. de mut. petit.* Germani vocant Nachlag / Gegenlag / Widerlag / item Nachrecht / Gegenrecht / & reconvenientem appellant Nachkläger / reconventum den Nachbeklagten. Videatur *Ord. Cam. Imper. d. p. 3. tit. 30.*

V I.

Definitio.

His ita prælibatis, rectè definiri potest Reconventio, mutua rei conventi, contra actorem coram eodem Iudice, instituta actio, quam ex *l. 11. §. 1. ff. de jurisd. l. 12. ff. de judic. l. 1. §. ult. ff. qua sent. sine appell. & c. Nov. 96. cap. 2. §. 1. l. 14. in fin. juncta Auth. & consequenter C. de sentent. & interloc. C. I. A. lib. 11. tit. 2. §. 17. Bocer. cl 6. D. 21. §. 2. Rittersh. in expos. Novell. part 9. c. 17. num. 2. Vult. 2. I. R. 30. nu. 75. Petr. Frid. Mind. 3. de Process. 6. n. 3. extractam, ea quæ juxta causarum ordinem sequentur, latius probabunt & explicabunt.*

V I I.

Idem Vult. *d. cap. 30. Wesemb. in w. ff. de Compensat. nu. 9. & vulgò Dd. dividunt Reconventionem in Compensationem, & reconventionem in specie sic dictam. Sed quàm benè, in ipsa disquisitione videbo. Propero ad causas.*

V I I I.

Causa efficiens. Remota.

Inter quas locum sibi vindicat Principem Efficiens, quæ duplex

plex dari potest: una remota, altera propinqua. Remota est, partim æquitas & ratio naturalis, partim Civilis. Illa jubet actorem id, quod pro se approbavit, etiam contra se approbare, & periniquum censet, non esse mihi cum illo actionem, si nolit: illi verò si velit, mecum esse, *l. 3. §. ult. ff. mand.* Facit tritum illud: quod tibi vis fieri, vicino feceris æquè, *arg. l. 1. & t. t. ff. quod quisque jur. in al.* Quare actor, qui agendo elegit ac sumsit Judicem, non debet recusare vel dedignari, quo minus eundem contra se habeat & patiatur judicem, *l. 14. & ibi communiter Dd. C. de sent. & interloc.* Etenim hoc imprimis jus & vis est reconventionis, ut Judicem faciat competentem, etiam eum, qui aliàs esset incompetens, nullâ exceptione, si-ve præscriptione fori, & ut loquuntur, incompetentiæ, quam actor à reo mutua petitione pulsatus objicere vellet, valente & subsistente, *d. l. 14. C. de sent. & interloc.* Quam ob causam illâ fieri prorogationem Jurisd. necessariam, docent *Marant. in spec. aur. part. 4. dist. 6. nu. 20. Matth. Steph. lib. 1. de Jurisd. c. 21. num. 36. & c. 15. num. 56.* quam Legalem nuncupant *Paurmeist. lib. 1. de Jurisd. c. 27. n. 20. Bach. ad Treut. Vol. 1. D. 25. §. 13. lit. a.* Consentit *Bart. in Auth. & conseq. n. 19.*

IX.

Huic conveniens est, ut lites, quarum finiendarum commodum non privatum, sed publicum est, *arg. l. 1. C. de jurejur.* faciliùs & expeditiùs sopiantur & decidantur, quasque abbreviare & diminuire ad Judicis pertinet officium, *l. 21. ff. de reb. cred.* Accedit quoque, quod tralatitium sit, non debere per plura fieri, quod potest per pauciora, *l. nulli 10. C. de judic. l. ampliorem. 39. §. in refutatoris C. de appell.* Cum itaque per hoc reconventionis remedium, in uno judicio futurorum litigiorum ansa commodè præscindi, expensæ, damna & alia incommoda possint evitari, utiliter constitutum & provisum est, ne actor ad alia & diversa judicia traheretur, sicque is perturbaretur, quò minus coram primo Judice agat, litemq; persequatur. Quod nisi observetur, inopinabile, imò miserandum quid & risibile, ut loquitur Imp. in judiciis evenerit. *Nov. 96. cap. 2. in pr.* Confer rationem positam in *l. 11. §. sed etsi ff. de Jurisd. ex quo Bart. referente Theoph. Gisebert. tract. de Reconvent. c. 1. num. 14.* ita his verbis, infert ibidem: nota ex hoc §. causam, quare introducta sit materia reconventionis scilicet, ne sit in calumniosa potestate adversarii mei, ut possit mecum agere, non ego cum illo, coram eodem Judice. Plus satis de Remota.

A 3

X. Pro-

Propinqua.

Propinqua est is, qui vicissim sibi eum, qui agit, habet obnoxium, & reconventionem uti vult, uno verbo: reus conventus. Postquam autem supra dictum & probatum sit, reconventionem nihil aliud esse, quàm actionem, idèd hîc cynosuræ & canonis instar tenendum est, omnes habentes liberam rerum suarum administrationem, & legitimam in iudicio standi personam reconvenire posse: sive quod eodem recidit, qui specialiter non prohibentur, *arg. l. 12. ff. de iudic. l. 1. §. 1. ff. de testib.*

X I.

Removentur igitur furiosi & servi, *l. 5. ff. de R. I. l. 13. ff. si quis caut. jud. sist. l. 6. & 7. C. de iudic.* Pupillus & minor 25. annis reconvenire nequeunt, nisi vel tutoris & curatoris autoritas interveniat *l. 4. C. de auth. præs. l. 1. & 2. C. qui legit. pers. stand. in iudic. & §. 2. l. de curat.* Tutorem verò & curatorem, cum Domini loco habeantur, atque pupilli & minoris personam repræscentent, in causa eorum reconventionem uti posse non est, quod dubitetur, *arg. l. 7. §. 3. ff. pro empt. l. 56. §. 4. ff. de furt. l. 27. ff. de administr. tut. & l. 157. ff. de R. I.* Quin imò & filiumfam. si castrensis vel quasi, & adventitii (cujus tam proprietas quàm ususfructus filii proprius est) peculii nomine agatur, reconvenire posse constat, *l. ult. vers. necessitate C. de bon. qua. liber. l. 2. ff. ad S. C. Maced. l. filiusfam. 39. ff. de oblig. & act. l. 57 ff. de iud.*

X I I.

Est quæstionis, num excommunicatus & bannitus iudicio conventi (nam conveniri possunt, *c. intelleximus & ibi gl. extr. de iudic.*) reconvenire possint? Quod negandum videtur per clarissimum textum *in c. cum inter priorem extr. de except.* ne quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur, *d. text. in c. cum inter. Geil. lib. 2. de P. P. c. 12. num. 26. Gisebert. d. tr. c. 7. num. 9. & seqq. Boc. d. D 21. §. 14.* nisi fortè appellando, protestando &c. contra banni declaratoriam sese defendat, atque juris viâ sese tueatur, dicendo nulliter se & iniquè in bannum declaratum esse: nam hoc casu donec declaratoria renovetur, pro bannito vel excommunicato non habetur, & proinde rectè non modò convenitur, sed & agere & reconvenire potest, quia legitima contra sententiam defensio, puta appellatio, provocatio &c. omnem sententiæ vim & effectum suspendit, *Mind. d. c. 6. n. 4.*

Verum

XIII.

Verum ita demum personæ habiles & legitimæ, arg. l. 4. ff. de test. l. 9. C. de his qui accus. non poss. t. t. C. qui legit. pers. stand. in jud. hab. reconvenire possunt, si prius ab actore conventæ fuerint. Nam solius rei conventi est reconventio, non reconventi actoris, qui reum vicissim reconvenire minimè potest, Gl. in auth. & consequenter, verb. eundem C. de sent. & interloc. & ibi Bart. num. 8. Abbas Panormit. (Canonistarum Coriphæus secundum Fichard. vol. 1. consil. 12. nu. 7.) ad rubr. c. 1. de mut. petit. n. 1. & ibidem Marian. Socin. art. 1. num. 1. Specul. de Reconvent. §. feri i. n. 4. Ad stipulatur huic sententiæ Berlich. tom. 1. concl. practicab. concl. 22. num. 34. Rittersh. in d. expos. Novell. p. 9. cap. 17. num. 12. aliàs modus litium multiplicatus inexplicabilem faceret Judicii difficultatem, ut inquit IC. in l. 6. ff. de except. rei judic. & diversis processibus illæ magis intricarentur, quàm extricarentur, arg. c. tuam 3. extr. de ord. cognit. Juvat hanc opinionem ratio in cap. 2. de Rescript. in 6. quod in multis juris articulis infinitas reprobetur. Si tamen secunda reconventio in ipsam reconventionem incidat, vel ei præjudicium afferat, admittendam eam existimat Mind. d. c. 6. n. 8. & ex eo Vmm. D. ad Process. Iud. 10. §. 2. nu. 5. Adde Excellentiss. & Consultiss. Dn. Wilhelm, Ludvvell. 1C. eximium, & in Altorffino Lycæo, P. P. Patronum, Præceptorem, ac Hospitem quondam meum jugi honoris cultu prosequendum, in synopsi Process. Iudic. MS. c. 15.

XIV.

Ad materiam deveniendo, ea duplex est, in qua, sive Subjectum, & circa quam, sive Objectum. Subjectum reconventionis est omnis actor, qui vicissim reo convento debito obstrictus est. Talis enim agendo alicujus observans arbitrium, eundem contra se Judicem habere & admittere tenetur, l. 22. ff. de judic. & d. l. 14. C. de sentent. & interloc. c. accusatores vers. cuius 3. q. 8. Ampl. I. sive suo sive alieno nomine agat: siquidem & si procurator alterius litem in judicio moveat, jure à reo conveniri potest, arg. l. un. C. de satisfat. l. mutus §. pæna. ff. de procur. dummodò causa reconventionis, ipsius principalem concernat: aliàs reus procuratorem super causa inter ipsos fortè litigiosa non rectè reconveniet, Socin. ad d. c. 1. art. 5. n. 17. Vmm. d. D. 10. §. 2. num. 7.

Materia subjectiva.

XV.

II. Ampl. etiam si maximè aliàs privilegiatus sit. Hic namq; nullâ obstante fori præscriptione, licitè reconveniri potest, & compel-



compellitur se adversus omnes defendere, *text. in d. l. 22. ff. de judic. l. 14. C. de sentent. & interloc. c. accusatores, vers. cuius 3. q. 8. Sichard. ad d. l. 14. num. 2. cum seqq.* Hinc legati, quamvis hoc gaudeant privilegio, quod tempore legationis nusquam gentium, etiam ubi contraxerunt conveniri, aut in jus vocari possint, sed jus domum revocandi habeant, *l. 2. § legatis 3. cum seq. ff. de judic.* aded ut ne jurare quidem teneantur ex aliqua causa, cum iusiurandum in locum litis contestatae succedat, *l. sed etsi 28. §. 2. ff. de judic. l. 9. §. si is qui 3. junct. l. tutor. 35. §. ult. ff. de jurejur.* cuius juris rationem reddit Julianus, apud Paulum *in l. non alias 24. in fin. junct. l. 26. ff. de judic.* ne litibus implicati à munere susceptae legationis avocentur; veruntamen si ipsi agant, non obstante suo hoc privilegio reconventionem sustinere coguntur, *d. l. 2. §. item si 5. vers. sed etsi agant ff. de judic.* Uno casu excepto, si injuriam, furtum aut damnum, quod in ipsa legatione passi sunt, persequantur, *Ampliss. & Consult. D. D. Ludvv. in synops. process. judic. MS. cap. 15. vers. reconveniri autem,* ratione verà ex Juliano subjecta, quod alioquin aut impune contumeliis afficerentur, aut erit in potestate cujusque, pulsando eos subicere alterius Jurisdictioni, dum se vindicant; è diverso illa, quam Dd. hinc comminiscuntur, rejecta & repudiata, quod Legati ejusmodi delicta inviti prosequi cogantur: quippe eam multorum errorum seminarium in hac materia extitisse testatur *Gisebert. d. tr. c. 2. n. 17. cum seqq. Vide Vmm. d. 0. 2. num. 7.*

XVI.

Quin etiam Clericus, cum adversus Laicum agit, coram hujus Judice Laico, non obstante fori sui Ecclesiastici privilegio reconveniri potest, *arg. l. Papinianus 14. C. de sent. & interloc. d. c. accusatores vers. cuius 3. q. 8. l. 2. §. sed etsi. l. 22. ff. de judic.* Facit *textus in Nov. 123. c. 25. Mind. 3. de Process. 6. num 6. Marant. p. 4. dist. 6. nu. 44. Sichard. ad d. l. 14. num. 3. ibique Gl. Rittersh. d. c. 17. n. 10. Bart. ad d. Auth. & consequenter n. 19. Quibus subscribunt Myns. 2. obs. 67. Geil. 1. obs. 37. n. 6. Tob. Paurmeist. 2. de Jurisd. 8. n. 77. Vmm. d. D. 10. 0. 3. Gisebert. d. tr. c. 11. qui pro hac sententia solidè & eleganter disputat.*

XVII.

Idem juris in studiosis sive Scholaribus est, quod si civem, vel alium non Academicum hominem, coram urbano Magistratu conveniant, possint non obstante privilegio *Auth. Habita C. ne fil. pro patr. ibidem reconveniri, propter generalitatem textum in duab.*

00. præ-

00. præcedd. allegatorum, à quibus nunquam excepti leguntur
 studiosi, *Mind. d. c. 6. num. 7. C. I. A. lib. 11. t. 2. §. 20. Bocer. d. D. 21. §. 22. &*
23. Gisebert. d. tr. cap. 12. Dissentit Matth. Steph. 3. de Jurisd. p. 2. c. 12. nu.
48. & seqq. & cum eo Hunn. ad d. Auth. Habita cap. 2. §. 3. Ex contrario
 civis quoque sive oppidanus, studiosum coram Rectore conve-
 niens, ejusdem Jurisdictioni subjicitur, per rationes *Matth. Steph. d.*
cap. 12. n. 18. & seqq. Quam sententiam in puncto juris verissimam
 probat & sequitur *Mind. cit. loco. Sichard. ad d. l. 14. num. 5. Vmm. d. D. §.*
2. nu. 8. Bocer. d. loco §. 24. Hillig. ad Donell. 17. comm. 18. lit. m. Scipio Gen-
tilis, IC. & Professor quondam in Academia Altdorfina celeberrimus, in Disp.
quadam Anno 1613. ibidem habita, de jure singulari studiosorum, ad d. Auth.
habita C. ne fil. pro patr. §. 64. Ab eadem divortium facit Iul. Pac. in sa-
pè alleg. Auth. Habita c. 9. num. 15. Quem refutatum vide apud Steph.
d. cap. 12. num. 43.

XVIII.

Non minus ardua, quam utilis, & practicabilis hîc occurrit
 quæstio, an Status Imperii, qui aliàs privilegiatam habent Austre-
 garum instantiam *Ord. Cam. Imp. p. 2. t. 2.* si quem coram Camera
 Imperiali, vel quo alio inferiore Judice conveniant, coram eodem
 reconventionem excipere teneantur, nullâ privilegii ratione ha-
 bitâ? Affirmativa placet, hoc potissimum ex fundamento, quod
 diversum in Ordinatione Cam. & Recessibus Imperii constitutum
 non sit, ut meritò dispositioni Juris communis hac in parte stetur,
arg. p. 3. Ord. Cam. ult. Jus commune a. si intueamur, non est operosa
 admodum hujus quæstionis definitio, repetitis juribus supra allat-
 tis; quin potius ad ejus decisionem sufficere arbitraret, vel solum
l. est receptum 14. ff. de Jurisd. quem textum in verb. *adversus eum*, de
 reconventionem intelligi *Gl. ibid. affirmat*, eamque velut singularem
 magnoperè ibidem commendat *Ias. num. 11.* Sententiæ hujus ad sti-
 pulatores sunt *Mind. d. cap. 6. n. 7. Giseb. d. tr. c. 8. Vmm. d. §. 2. n. 8.* Non
 prætereunda hîc est cautela, quam suadet *Arnold. de Reyger in process.*
Judic. D. 3. §. 28. dicendo: Non facilè Consilarii, Electoribus vel Sta-
 tibus Imperii, Dominis suis, autores esse debent, ut litem aliis infe-
 rioribus, & præfertim mediatè Imperio subjectis inferant, atque ita
 ad agendum corâ judice longè inferiori temerè profiliant, sed sub-
 ductis diligenter rationibus id priùs experiantur: utrum etiam ad-
 versarius actionem aliquam adversus Dominos suos habeat, ne illi
 alienæ Jurisdictioni per reconventionem subjiciantur, non obstante

B

privi-



privilegio *Ord. Cam.* & si animadvertunt, reconventionem moveri posse, potius auctores sint ad negotium, ultrò citroque transigendum, quàm ad litigandum, præsertim coram Judice plebeio: quod etsi jure quidem liceat, non tamen pro Illustri dignitate tantarum personarum satis honorificum videtur. *arg. l. non omne 44. ff. de R. I.*

XIX.

III. Ampl. *suprà* θ . 14. relata conclusio, etiam si actor reconventus postea pœnitere vellet, & desistere, seu renunciare liti à se motæ, idèd quod ipsi reo jus suum, solius actoris facto auferri non debeat, *arg. l. 10. in fin. ff. de bon. poss. cont. tab.* nisi res adhuc sit integra, & nondum reconventus, tunc enim impunè desistere potest, *arg. l. 4. §. non tantùm ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* Quæ est sententia *Socin. ad d. 2. n. 9. extr. de mut. petit. Marant. d. p. 4. dist. 6. num. 45. Menoch. arbitr. jud. quest. 44. n. 5. Trentacinq. 2. præct. resol. tit. de mut. petit. resol. 1. n. 33. probata etiam Giseberto in d. tr. c. 30. Hillig. ad Don. 17. comm. 18.* Hæc de subjecto reconventionis.

XX.

Objectiva.

Nunc Objectum videndum. Ubi regula constituenda est: In omnibus rebus sive causis, in quibus actio & conventio procedit, admittitur reconventio, utpote quæ nihil aliud, quàm mutua actio. Et ita statuunt *Socin. ad d. 6. l. 1. num. 44. Menoch. de arb. jud. quest. cent. 2. cas. 184. nu. 1. Mind. 3. de Process. 7. in pr. Berlich. tom. 1. conclus. practicab. 22. n. 16. Vmm. d. D. 10. θ . 4. nu. 13. Dn. D. Ludvv. in d. synopsis. MS. vers. locum habet. C. I. A. d. lib. 11. t. 2. θ . 18.* Idque verum est, sive super eodem, vel simili, sive diverso negotio instituat per text. in *l. cum Papinianus 14. verb. daturum vel facturum. C. de sentent. & interloc. l. 218. ff. de V. S. l. obligationum 3. in pr. ff. de Oblig. & Act.* Nec obstat *d. l. 14. ibi: eodem negotio: si vocabulum negocij referamus, non ad ipsam causam controversam, sed ad instantiam, ut sensus sit actorem, si in illa instantia, quæ reum conventum urget, Judicis arbitrium approbat, etiam approbare debere in eodem negotio, i. e. si ipsi vicissim lis moveatur, Vmm. d. D. θ . 4. num. 13.*

XXI.

Et quidem tam in reali, quàm in personali actione reconventioni locus est. *Emer. à Rosb. tit. 46. num. 5. Vmm. d. θ . 4. n. 14. Hillig. ad Don. d. 17. comm. 18. lit. O.* Adde post Bald. *Socin. ad d. c. 1. num. 49.* Et de actione personali textus clarissimus est in *l. 14. ibi: daturum vel facturum,* quæ verba dubio procul sunt verissima nota actionis in perso-

personam, §. 1. *ibi dare vel facere Inst. de act.* Realem actionem quod at-
tinet, in ea contradicentem habemus *Anton. Fabr. 20. conject. 8.* qui
hac potissimum ratione juris movetur, quod hic res conveniatur,
quæ reconvenire nequit, ex quo vindicatio non contra personam,
sed rem inanimatam datur, *l. 7. ff. de public. & vectig. l. 19. ff. de jure Fisc.*
Verum hoc subtilius, quam utilius, aut verius etiam dici *Vmmio*
d. num. 14. videtur, meramque esse argutiam, quæ vix turbabit cor-
datiorem, ait *Hillig. ad Don. d. loc.* Et quidem etiam si maximè con-
cederetur, possessoris personam in reali actione non attendi, quod
tamen verissimum, vel vero saltem quam similitimum puto, adhuc
tamen ratio *Papin.* cur possessor conventus jure suum adversarium
reconveniret, militaret & subsisteret, videlicet quod is contra se, il-
lum Judicem dedignari non possit, cujus in agendo & vindicando
arbitrium probavit, *d. l. 14.* ut proinde dubitandum non sit, quin &
in rem actio reconventionem admittat. Pluribus insuper aliis ar-
gumentis, oppugnat hanc sententiam citatus *Ant. Faber,* cui & ejus
seguacibus, quomodo satisfieri possit, studebo.

XXII.

Quid de implorato officio Judicis tenendum, an & hoc re-
conventionem admittit? Negat *Gl. in l. sed etsi restituatur ff. de judic.*
Verum & in hoc reconventioni locum esse dandum arbitror, non
quidem si simpliciter & absolutè, vel etiam principaliter, ut *Mind.*
3. de Process. 6. n. ult. & ibi Dd. allegati volunt, sed si instar actionis,
per modum & formam judicii, illo partes utantur, *Socin. ad d. cap. 1.*
n. 44. Trentacinq. d. resol. 1. num. 34. Marant. d. dist. 6. n. 27. Emer. Rosb. d.
loc. n. 10. Vmm. d. 9. 4. n. 15. Gisebert. d. tr. c. 14. Consultiss. Dn. D. Ludvv. in
d. synopsi MS. c. 15. vers. locum habet. Cum pro regula habendum sit,
nullibi reconventionem procedere, quam ubi sit conventio, h. e.
actio intentata & judicium susceptum, *Vmm. d. loco.*

XXIII.

Illud quoque parum referre videtur, criminale sit judicium
an Civile, ordinarium an extraordinarium, seu summarium: quam-
vis circa hæc latius distinguere *Dd.* non inficias eo. Aut enim
quæritur, an reus civiliter conventus, possit criminaliter reconve-
nire: aut contrà, an criminaliter conventus, civiliter reconvenire:
aut an criminaliter conventus, possit criminaliter reconvenire.
Primum casum quod attinet, communiter tradunt *Dd.* quod con-
ventus judicio civili, pendente eo judicio, possit reconvenire vel

reaccusare criminaliter, tam ex causa penitus separata, quam etiam ex causa oriente ex eodem iudicio, *Iul. Clar. prax. crimin. §. fin. quest. 2. Mind. d. loc. c. 7. num. 2. Vmm. d. num. 17.* Secundo autem casu, si reus criminaliter conventus fuerit, reconventionem ex alia causa civili & penitus separata locum habere negant *Clar. d. quest. 2. Bart. in d. Auth. & consequenter n. 7. Innocent. & Socin. ad d. cap. 1. n. 85. C. I. A. d. 18. Bocer. d. D. 21. 1. 36. lit. d. moti textu l. ult. C. de ord. judic. & ratione, ne propter litem civilem, accusator distrahatur à prosecutione iudicii criminalis, in quo vertitur publicum interesse, ne scilicet delicta impunita maneat. Sed hoc displicet *Mind. d. loco per l. 33. in fin. C. ad l. Iul. de adult.* cum nemini deneganda sit competens actio, quæ & in reconventionem versatur, & propter quam criminale iudicium minimè tollitur. Et hanc sententiam speciosam, & in puncto juris omninò retinendam ait *Vmm. d. D. 9. s. n. 17.**

XXIV.

Tertius casus intricatissimus est, & variis Dd. ambagibus involutus, ut videre est apud *Iul. Clar. prax. crim. §. fin. quest. 14. & alios à Mindano d. c. 7. n. 3. citatos.* Planè negativam arripiunt sententiam *C. I. A. d. lib. 11. t. 2. 1. 18. Bocer. d. D. 21. 1. 36. lit. b. Treutl. vol. 1. D. 25. 1. 13. lit. B. simpliciter contendentes, in criminalibus reconventioni non esse locum per l. 5. ff. de publ. judic. & l. 19. C. de his qui accus. non poss.* Alii distinguunt, inter qualitatem criminis, quod conventus objicit accusatori, *Bach ad Treutl. d. D. 25. 1. 15. lit. b. Pac. in analysi Cod. de his qui accus. non poss. cum similib.* Contrariam affirmativam amplectuntur *cum Gl. Trentacinq. d. t. nu. 42. Vmm. d. D. 10. 1. 5. num. 17. Amplif. Dn. D. Ludvy. in d. synopsi MS. c. 15. Dn. D. Cluten. in quadam Diss. miscell. quest. habita Anno 1617. quest. 7. quibus assentire non dubito per text. in l. 1. l. 19. C. de his qui accus. non poss.* Idque sive reaccusatio sit de majori, sive pari, aut etiam minori crimine, ut tamen quæ de majori vel præjudiciali est, quæstio semper præferatur, reliquis interea suspensis, *d. l. 1. d. l. 19. Diss. Socin. d. c. 1. num. 67. & Dd. com. sive suam, suorumque injuriam, sive publicum planè crimen accusator prosequatur. Indistinctè enim reaccusari potest, ut maximè suam suorumque injuriam vindicet accusator. Diss. Bart. in d. Auth. & consequenter num. 7. Mind. d. cap. 7. n. 4.* Et denique sive nomen accusati receptum sit inter reos, sive non; (prout alias distinguit *Bart. in l. 5. ff. de publ. judic. Ranormit. in c. 1. num. 21. extr. de mut. petit. & Marant p. 4. dist. 6. nu. 45. vers. secundò limita*) *Mind. 3. de Process. 7. n. 3. Giseb. d. tr. 6. 16. nu. 9. Vmm. d. 1. 5.*

d. 8. §. num. 17. *Ampliss. Excellentiss. & Consultiss. Dn. D. Tabor, Patronus ac Præceptor meus observanter colendus in C. I. A. recognito d. lib. 11. tit. 2. ad l. 18. quamvis regulariter is, qui factus est reus, purgare se debeat; nec ante possit accusare, quàm fuerit excusatus: cum non relatione criminis, sed innocentia reus purgetur, d. l. 5. ff. de publ. judic. Mind. d. c. 7. n. 3.*

XXV.

Circa causas summarias ita quoque distinguunt: vel enim utraque tam conventionis, quàm reconventionis causa summaria est; & dubium non est, quin reconventio locum habeat: vel causa conventionis est ordinaria, & reconventionis summaria, & simul actiones mutuo exerceri posse videtur; quia reus privilegium causæ summaria remittere videtur; taciteq; velle, ut unà cum causa ordinaria expediatur: vel conventionis causa est summaria, & reconventionis ordinaria. Et actor siquidem voluerit privilegium summaria causæ remittere, conventio quoque locum habebit, invitus autem ordinariâ causâ per reconventionem pulsari nequit, nisi forte: ad prorogationis effectum, ut causâ summaria expedita, & discussa etiam ordinaria postmodum legitimè ventiletur. Hujus distinctionis Autores & Patroni sunt *Marant. d. dist. 6. n. 29. Mind. d. c. 7. nu. 4. Giphani in comm. Cod. ad l. 14. C. de sentent. & interloc. & alij ab eo allegati*, qui hanc communem esse Dd. opinionem testantur, à qua non alienus nec abhorreere videtur, cum *Bach. ad Treut. supra cit. loco. Ampliss. D. D. Tabor in C. I. A. recognito ad d. 8. 18.* proinde huic quoque ceu verissimæ, & horum magnorum Virorum autoritate suffultæ sententiæ subscribo, calculumque adjicio.

XXVI.

Sed hæc difficilior, & Interpretum nebulis valdè obscurata est investigatio, an in causis possessoris licita sit reconventio? In hujus quæstionis veritate, & accurata decisione judicia possessoria distinguere placet. Aut actor agens possessorio adipiscendæ, reconvenitur vel super eadem re, vel super diversa. Si super eadem re, frustranea est reconventio tam de possessorio, quàm petitorio; cum neuter se possidere dicat, & uterque in solidum possidere non possit, *Cujac. 9. observ. 32. præterquam si possessorium retinendæ moveat, Marant. d. p. 4. dist. 6. n. 39. vers. & hac quoad. Trentacinq. d. resol. 1. n. 17. Vimm. d. 8. n. 16.* si super re diversa, indistinctè procedit, sive fiat de petitorio, sive de possessorio, *Marant. ibid.*

B. 33

Aut



XXVII.

Aut actor experitur possessorio retinendæ, & tunc super rebus diversis reconventioni locus relinquitur, sive conventus agat possessorio, sive petitorio, *Marant. d. n. 39. Trentacinq. d. n. 25.* Ubi verò super re eadem reconventio moveretur, illa ex omni quidem possessorio, non tamen petitorio admissa est, *Marant. & Trentacinq. alleg. loc. Menoch. retin. poss. remed. 3. n. 705. & quos sequitur Vmm. d. n. 16.*

XXVIII.

Denique si actor agat possessorio recuperandæ, pro regula ponendum est, quod planè à reo reconveniri non possit, neque petitorio, neque possessorio, sive reconventio fuerit super eadem, sive diversa re instituta, *Panorm. in. c. super spoliatione in 1. notab. ext. de ord. cognit. Marant. d. dist. 6. nu. 32. cum seq. Socin. ad d. c. 1. n. 62.* Et ratio prædictorum est, quia agens ex spolio non tenetur in aliquo respondere adversario suo, nisi prius restituatur, cum ejus petitio in hoc privilegiata noscatur, *c. frequens de restit. spoliat. in 6. c. cum dilectus 2. vers. nos autem, & c. fin. extr. de ord. cognit.* Tantum si reus agentem possessorio recuperandæ, simili aliquo iudicio recuperatorio pariter privilegiato reconveniat, jure reconventio procedet, quatenus spoliique questio non super eadem re, sed super diversis fuerit opposita: hoc enim casu privilegiatus ratione spoliique non utetur privilegio suo, contra pariter privilegiatum, *arg. l. 2. C. de privil. dot. Panorm. in d. c. super spoliatione extr. de ord. cognit. & in c. 1. n. 25. de mut. petit. Socin. d. n. 62. vers. procedit. Marant. d. dist. 6. n. 32. & aliquot seqq. Trentacinq. d. resol. 1. n. 20. cum seq. Et ita sentire atque distinguere videtur Bocer. d. 9. 37. Vmm. d. n. 16. Meichsner. Camer. Imper. quondam Adfessor decis. Camer. tom. 3. decis. 9. n. 172. & 173. Rutg. Ruland. in not. Cameral. ad process. Iudic. Ioh. Ferrarij c. 10. §. non tamen adeo, verb. possessionis, qui hoc in possessorio in causa *Birmundi contra Birmundi* sic discussum meminit.*

XXIX.

Dixi supra 9. 20. regulariter de omnibus causis fieri posse reconventionem, nisi exceptæ sint. Exceptas autem volunt Dd. I. actionem depositi, *l. pen. C. de pos. l. ult. S. 1. in fin. C. de compens. Gisebert. d. tr. c. 13. n. 7. Bart. & alij in d. Auth. & consequenter, contra quam nulla, quæ remoretur aut impediatur restitutionem rei depositæ, moveri potest reconventio, præterquam si reconventio itidem super causa depositi, aut alia simili privilegium habente institueretur, d. l. pen. vers. sed et si ex utraque, Socin. ad d. c. 1. n. 61. Vmm. d. D. 9. 4. n. 14. 2. Judicium*

cium L. diffamari, *Blarer ad L. diffamari cap. 7. num. 10. Rutg. Rul. 4. de commiss. 8. c. 7. num. 8. Gisebert. d. cap. 13. nu. 12.* Consentit *Rosb. in process. Iud. d. t. 46. n. 11. 3.* Causas instrumenti, quod aiunt, quarentigiati (quod cuiusmodi sit, declarat *Coler in tr. de process. execut. p. 1. cap. 3.*) aut confessionati, nos *versekte Brieff vnd Siegel*, aut rei iudicatæ, & similes executivas, *Bald. in d. Auth. & conseq. n. 19. Marant. d. dist. 6. n. 30. Socin. ad d. c. 1. n. 60. Mind. d. c. 7. num. 6. vers. quod si Giseb. d. c. 13. nu. 14. Giph. in comm. Cod. ad d. l. 4. C. de sent. & interl. Menoch. adipisc. poss. remed. 3. q. 73.* ubi exemplo instrumenti quarentigiati, etiam in causis testamentorum, utpote paratam executionem, aut saltem immiſsionem habentium reconventioni locum esse negat, post *Salicet. in d. Auth. & conseq. in fin. Zuchard. ad L. fin. n. 160. C. de Ed. D. Hadr. toll. Bocer. d. D. 9. 34.* 4. Causas fractæ pacis publicæ *Geil. 1. de P. P. 12. n. 4.* ubi & duas assignat rationes, cur ita in *Cam. Imper.* observetur: primò, ut separatis processibus super diversis causis melius veritas indagetur, neque unius causæ cognitio aliam remoretur: secundò quod non opus sit reconventionem hoc casu, cum tantundem per viam simplicis actionis reus consequatur. 5. Causam momentaneæ possessionis, *Damboud. in prax. civil. c. 141. n. 12. Cujac. in 10. C. si de moment. poss. fuerit appell. & 1. obs. 20.* 6. Causas mandatorum, in quibus facti exorbitantia, non ipsum factum disputatur, *Schuanm. lib. 1. Process. Camer. 67. nu. ult.* & si quæ fortè sunt plures, quas referre superſedeo.

X X X.

Hactenus de Objecto, progredior ad formam reconventionis: quæ his duobus absolvitur, tempore & Processu. Tempus quod attinet, reconventio ante litem contestationem proponi potest, quod extra dubitationis aleam positum est, & in hoc omnes conveniunt *Dd.* Sed annon & post litem contestatam rectè quoque proponitur? Et si quidem in continenti post contestatam litem proponatur, non dubitarim, quin admitti debeat, cum alias ea, quæ in continenti fiunt, ipsis actibus inesse censeantur, *arg. l. 7. §. 5. ff. de pact. & l. 40 ff. de reb. cred.* Et hæc sententia disertè comprobata est *p. 3. Ord. Cam. 30.* Unde & communem & tutissimam eam appellat *Sichard. ad Auth. & conseq. C. de sentent. & interloc. n. 6.* Quod si post intervallum proponatur, invito actore reū audiendum non esse, adeò ut ne quidem ad hoc valeat opposita reconventio, ut effectum Jurisdictionis prorogativum inducat, post *Socin. & alios docet. Vmm. d. D. 9. 6. n. 19.*

Nihil.

Nihilominus tamen verius esse existimo, eam semper ante cau-
 sę conventionalis conclusionem actori moveri posse, per text. in c.
dispendia §. *reus quoque de Rescript. in 6.* ubi dicitur, quod eodem du-
 rante iudicio reus actorē reconvenire possit, donec scilicet in cau-
 sa conventionis conclusum sit; quod tum factū intelligitur, quan-
 do utrinque litigantes, probationibus & allegationibus renuncia-
 runt, sententiam definitivam expectantes, c. *pastoralis ext. de caus. pos-*
sess. & propriet. Geil. 1. obs. 107. n. 3. & seq. iudicium enim dicitur, dum
 causa discutitur, c. *forus de V. S.* & propriè à litis contestatione inci-
 pit, l. 1. C. *de lit. contest.* Cujac. lib. 9. obs. cap. 21. Duar. ad tit. ff. *de iudic. in*
pr. Unde liquet tam ante quàm post litem in causa conventionis
 contestatam fieri posse, approbante Gl. in c. 1. verb. *respondere, in fin. de*
mut. petit. quam sequitur *Specul. de reconvent. S. 3. & post ipsum Damhoud.*
in prax. Civil. c. 141. n. 3. Gisebert. tract. de reconvent. c. 19. nu. 2. cum seqq.
Mind. d. c. 7. n. 6. Bach. ad Treutl. d. D. 25, §. 13. lit. C. Huic sententię ad-
 stipulatur *Ord. Cam. d. p. 3. tit. 30.*

Processum reconventionis maxima pars Dd. ita describit,
 quod cum puncto con: & reconventionis simultaneus esse debeat,
 & unà eademque sententiã utrumque caput decidi & terminari,
 Verùm quia hoc illorum pronunciatum, & opinatio, ad eò genera-
 tim & promiscuè accepta res periculi plena est, difficultateq; sum-
 mã non carere videtur, diligenter animadvertendum est, in quo
 actionum genere per reconventionem in iudicium deductam, præ-
 dicta doctrina & processus obtineat. Sanè qui eam ad quarumcum-
 que actionum reconventionem extendunt, graviter hallucinan-
 tur, eò quod id rectiùs multò ex natura cujusque causę, vel actionis
 cognoscatur. Igitur inter causas distinguendum puto, quę si sint
 connexę & cognatę, ut non nisi utrãque actione discussã de causę
 meritis constare possit, facilè res simultaneo processu & parili sen-
 tentiã expeditur, *Bach. ad Treutl. d. loco lit. C. Mind. d. lib. 6. n. 7. Gisebert.*
d. tr. c. 20. cum 2. seqq. Et huc scilicet ad mutuas petitiones actionum
 planè cohærentium & cognatarum referri debet, quod Dd. passim
 in hac materia docent & inculcant, causam conventionis & recon-
 ventionis eodem processu, & eadem sententiã sub periculo appel-
 lationis per l. 1. §. *fin. ff. qua sent. sine appell.* decidendam & defi-
 niendam esse.

Quoad

XXXIII.

Quoad petitiones mutuas disparatas, nec inter se connexas, cum iisdem præced. & citatis Autoribus existimandum est, illas non necessariò simultaneo processu tractandas, & parili sententiâ definiendas esse, sed omninò Judicis arbitrio permittendum esse, quo tramite illas decurrere velit: si quidem ob diversas actionum naturas efficitur, ut una alterâ sit expeditior, altera intricatior, alia probationes recipiat leviores, alia probatu non adèò facilis, alia denique plenam, alia summariam probationem exigat. Quin etiam nulla ratio evidens suadet, ut actiones diversæ, quæ nihil invicem communem habent, sed ex dissimilibus causis descèdunt, uno processu expediantur cum tot intelligantur sententiæ, quot sunt causæ l. 29. §. 1. ff. de minor. l. 1. C. si advers. rem judic. neque sententia in una prolata, pariat exceptionem rei judicatæ in altera, l. 3. 4. 5. & seqq. ff. de except. rei judic. Ne dicam de iis actionibus disparatis, quæ ob legis prohibitionem expressam, uno processu simul tractari nequeunt, & tamen in illis reconventioni locus relinquitur: hætenus, ut solùm ejus cognitio differatur, donec alterutra causarum prius sit definita; quemadmodum id ipsum in aliquot casibus sive exemplis, suprâ ex ll. probatum & demonstratum fuit.

XXXIV.

Operæ jam pretium est, ut dispiciam, quis sit Judex reconventionis, vel coram quo Judice reconventio moveri possit, & debeat. Hoc expediti juris est, & inter omnes constat, eum esse judicem reconventionis, qui conventionis est, per l. 22. verb. eundem Judicem ff. de judic. l. cum Papinianus 14. verb. coram eodem, Auth. seq. verb. eundem Judicem C. de sentent. & interloc. Nov. 96. c. 2. vers. sancimus. c. dispendia §. reus quoque. vers. apud eosdem Judices, de Rescript. in 6. Socin. ad d. c. 1. nu. 10. Mind. 3. de Process. 6. in pr. Bocer. d. D. 21. §. 29. C. I. A. d. t. 2. §. 21. Ratio eorum apud conventionis Judicem reconventio institui debeat, est continentia causæ iisdem in personis, & mutuis earum petitionibus fundata, Mind. d. c. 6. nu. 2. C. I. A. d. loc. 9. 17. Quin & ipsum reconventionis nomen proditibi esse & reconventionem instituendam, ubi ipsa conventio exercetur, aliàs ne quidem reconventio erit. Idque adèò verum est, ut pendente lite reus causam reconventionis coram alio Judice instituere nequeat: sed illatæ litis terminum expectare teneatur, d. Nov. 96. c. 2. c. fin. extr. de rescript. c. 3. vers. reus: eod. in 6. nisi fortè Judicem conventionis in causa reconventionis su-

C

Spectrum

spectum habeat, nec tamen integrum sit ei, liti illatae finem expectare: tum enim probatis suspicionum causis, Judicem illum recusare, & alium in utraque tam conventionis quam reconventionis causa mereri permissum est, *d. Nov. 96. c. 2. & d. c. 3. vers. reus. Mind. d. loco n. 8. Vmm. d. D. 9. 3. n. 10. Dn. D. Ludvv. in sapè cit. Synopsi Proc. Iudic. MS. vers. verum tantum.*

XXXV.

Et regulariter mutuae petitiones, sive reconventio peragi potest, coram quovis Judice tam ordinario, quam delegato, *arg. d. l. 14. N. 96. c. 2. & d. c. 3. vers. reus, & c. 1. extr. de mut. petit. Specul. de reconvent. §. fieri nu. 1. Rittersh. in expos. Nov. p. 9. c. 17. num. 8. Sichard. in d. l. 14. n. 6. Geil. 1. obs. 35. n. ult. Mind. d. c. 6. n. 10. & 11. sive ex arbitrio legis aut superioris, ordinarius & delegatus sint constituti, vel ordinarius prorogatione, & delegatus impetratione solius actoris sint electi, sive etiam communi litigantium consensu Judex ordinarius, vel delegatus prorogatione, vel impetratione est electus, contra *Sichard. in d. l. 14. n. 8. Bart. in d. Auth. & conseq. n. ult. Trentacinq. d. resol. 1. n. 46. & 2. seqq. & vulgò Dd.* quia utrobique eadem rationes militent, & absurdum esset, propter rei consensum, in prorogationem Judicis reconventioni locum tribuere nolle: cum hinc non tam litigantium voluntas, quam legis necessitas, publica utilitas, & mutuarum petitionum sive actionum connexitas consideretur *Mind. d. loc. nu. 12.* Hanc sententiam amplectuntur *Socin. ad d. cap. 1. art. 4. num. 13. & 22. vers. decima. Menoch. arb. jud. quest. 44. n. 6. Geilhaus. arbor. judic. c. 5. ram. 1. num. 2. Hillig. ad Donell. 17. comm. 19. lit. M Vmm. d. 9. 3. num. 11. Bocer. d. D. 21. l. 30.**

XXXVI.

Illud convenit, coram arbitro ex compromisso sumto, reconventioni locum non esse, *c. cum dilectus 6. extr. de arbitr.* quia is judicare non potest, nisi super quibus est compromissum, cum omnis ejus potestas ex compromisso, quod stricti juris esse indubitatum est, pendeat, ut aliud illi non liceat, quam cautum est, nec quidlibet statuere possit: nec in qualibet re, sed tantum de ea, de qua & quatenus est compromissum, *l. 32. §. 15. & §. ult. ff. de recept. arbitr. argum. l. 18. ff. comm. divid.* ubi ultra id, quod in iudicium deductum est, potestatem juris excedere non posse respondetur. *Facit l. 46. & l. 50. ff. d. t. de recept. arbitr.* Quam decisionem probant *Panormit. & Canonista*

nonista omnes in d. cap. cum dilectus, & sequitur Specul. de reconvent. §. nunc dicamus num. 6. Blanc. quest. 4. num. 23. Marant. d. dist. 6. num. 11. pers. secundò quaro. Menoch. d. quest. 44. num. 12. Sichard. ad dict. l. 14. num. 8. C. de sentent. & interlocut. Vmm. d. 0. 3. num. Treutl. d. vol. 1. D. 25. 0. 14. lit. d. C. l. A. 0. 21. Bocer. d. D. 0. 33. lit. a. & Dd. communiter, nisi fortè reconventionis causa ipsi conventioni insit, vel in antecedens vel consequens, ita ut planè cohæreat, & una sine altera explicari non possit: tunc enim reconventio & hîc admittenda est juxta Mind. d. cap. 6. num. 19. Quod attinet arbitros juris, vel eos, in quos generaliter de omnibus causis compromissum est, coram illis reconventionem admitti non dubito. Emer. à Rosk. d. t. 46. num. 6.

XXXVII.

De Appellationis Judice, an coram eo appellans reconveniri possit? controvertitur. Negativam præcisè volunt & defendunt Bart. in d. Auth. & conseq. num. 15. Sichard. ibid. num. 7. Panormit. in cap. 1. num. 31. Socin. ibid. artic. 6. num. 95. de mut. petit. C. l. A. d. 0. 21. cum allegato Rittersh. qui tamen de Judice appellationis nihil tractat. Affirmativam tenet Gloss. in d. Auth. conseq. verb. negotium, Mascard. de probat. vol. 1. concl. 118. num. 26. qui tamen dubitativè, & hoc modo loquitur: si fides habenda Dd. Ego post Marant. d. dist. 6. num. 15. cum seqq. Mind. d. cap. 6. num. 15. Geilh. in arbor. judic. cap. 5. ram. 1. num. 3. Vmm. d. D. 10. 0. 6. num. 20. cum Dominis Doctoribus, ac Præceptoribus meis colendissimis, D. Tabore in not. ad C. l. A. d. 0. 21. & D. Ludvv. in sua synopsis. Process. judic. MS. cap. 15. distinguo inter sententiam definitivam, & interlocutoriam: ut si jam definitiva lata, aut quod idem est, in causa conclusum fuerit, & tum demum reconventionem reus moliat, ea nec in prima, nec in secunda instantia admittetur; cum Judex appellationis non possit se intromittere, nisi in his quæ fuerunt in prima instantia ad ipsum devoluta, c. pastoralis extr. de offic. ordin. cap. 1. de appellat. in 6. si verò ab interlocutoria appellatum fuerit, vel à tali parte judicii, ubi reconventionem etiam in prima instantia licuit opponere, tum demum retentâ apud Judicem appellationis causâ principali, etiam reconvenire coram eodem permissum erit. Quanquam enim aliàs dici soleat, in appellationibus etiam non deducta dedu-

C 2

ci non

non probata probari: id tamen exaudiendum est de rebus ipsis, quæ in primo iudicio fuerunt, non de rebus alienis & novis.

XXXVIII.

Alia de Austregarum Iudicibus, in foro nobilitata: quæstio discutienda venit: si Electores, Principes, & Principibus pares, privilegium primæ instantiæ habentes, coram Iudicibus ordinationis, *vermöꝝ der Außtråg* / convenientur, an actorem reconvenire possint? Antequam quid sentiam, aperiam, præsciendum esse reor, Imperatoris, & Procerum Imperii unanimi consensu dignitati illorum hoc concessum, ut prima instantia coram Iudicibus Austregarum, exclusâ Camerâ, & Imper. aulâ, *Reinking. de regim. secul. & Ecclesiast. lib. 2. class. 2. cap. 16.* forum suum immediatum sortirentur, *vide Ord. Camer. p. 2. t. 3. §. 4.* ne aliâs longè deterioris conditionis efficerentur quibuslibet privatis, dum his, etiam infimæ sortis hominibus, duæ vel tres instantiæ conceduntur, ut ex communi beneficio, non deducta deducendi, non probata probandi (de quo *Geil. 1. observ. 128. num. 8.*) in anteriori per incuriam omisâ, in posteriori, appellationis scilicet instantia, reparare & deducere possint: quo sanè beneficio Principes per abdicationem privilegii, *der Außtråg* / satis iniquè spoliarentur: & hæc ratione jus *der Außtråg* in Principibus receptum esse, non illâ (de qua *Geil. 1. Observ. 1. nu. 17.*) opinatur & statuit *Thom. Michaël. de iurisdict. conclus. 38.*

XXXIX.

Dictæ autem sunt Austregæ, à Germanico vocabulo *Außtragen* / daß die Sach für denselben Rechtlich außgetragen werde / *Frid. Mind. lib. 1. de Process. cap. 16. num. 1.* Et Constitutæ sunt Austregæ respectu immediatorum, & præcipuè Statuum Imperii, quorum triplex ordo est Electorum, Principum, & Principali dignitate prædiorum, *der Churfürsten / Fürsten / vund Fürstmessige Ord. Camer. p. 2. t. 2.* Secundus est Prælatorum, Comitum, Baronum, Dominorum, Nobilium, *der Prælaten / Grafen / Freyen / Herren / vund der vom Adel / Ord. Camer. p. 2. tit. 4.* Tertius Civitatum, sub Imperio immediatè existentium, *der Städte / d. Ord. Cam. p. 2. t. 4. Mind. alleg. loco n. 2.* Ex his igitur (ad ipsam decisionem accedendo) si primi ordinis personæ, vel etiam alii immediatè Imperio subiecti, à mediatè addictis Imperio, *denen Personen / so nicht dem Reich*

Nicht ohne mittel/sondern andern Gerichten vnterworffen/conveniantur. coram iudicibus ordinationis, vel in Camera Imperiali, tñm Electores, Principes &c. quemvis acturum ex præscriptis octo, (quorum uno electo eum Princeps conventus admittere tenetur) modis, de quibus videri potest. *Ord. Cam. p. 2. t. 4.* reconvenire queunt. exceptis vigore Ordinationis tribus, in quibus reconventio cessat, puta in primo p. 2. t. 4. §. Dieselben ibi. auch soll die Klägende Parthey nicht in Widerrecht für die Råthe gezogen werden / septimo & octavo modis, d. t. 4. §. So dann die Parthey vers. Es soll auch der Kläger re. & in fin his verbis: aber in obbemelten Articulu/ soll das Widerrecht statt haben: ceteri verò dispositioni juris communis, quoad reconventionē relinquuntur. Exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptis, l. *quisitum est* 12. §. 43. vers. *denique* ff. *de instruct. vel instrum. leg. l. 1. §. stipulationum* ff. *de stipul. Præf.* Everhard. *in loco ab except.* & in non exceptis iudicatur secundum regulam, *Ruland. de commiss. p. 1. lib. 2. cap. 3. num. 3.* Cui opinioni ad stipulatur *Mind. d. lib. 1. c. 27. n. ult. Schuanm. lib. 1. process. Camer. 67. n. 7. Meland. in process. Cam. p. 1. pag. 42. & seqq.*

X E.

Sed quid si tales Personæ invicem iudicio contendere velint, & actor ab Imperatoria Majestate Commissarium impetravit, valebitne & hoc casu reconventio? Affirmativam defendere conabor. Eiusmodi enim Imper. Commissarii delegati sunt Iudices ut colligitur ex *Ord. Cam. p. 2. tit. 2. §.* darauß soll in verb. daß auch derselbige anzunehmen vnd zu vollführen schuldig seyn soll/ als Kaiserl. Commissarius in traffe der Commission. Confer *l. 1. in pr. ff. de offic. eius cui mand. est jurisd. l. pen. ff. de iudic.*

X L II.

Verum prædicta procedunt, ut reconventio admittatur, si Iudex ratione notionis fundatam habeat Jurisdictionem. Hoc enim *Dd. brocardicum*, pro lapide Lydio in materia reconventionis probè tenendum: quod Iudicem, ratione causæ, vel rei, quæ reconventionem continetur, Jurisdictionem competentem habere oporteat, *Zang. de except. p. 2. cap. 1. num. 133.* Nam si fortè Iudex per modum simplicis conventionis causam cognoscere non possit, nec per modum reconventionis de ea cognoscet, *Specul. de recon-*



vent. §. 1. num. 9. Canonista in cap. 1. de mut. petit. Bart. in Auth. & con-
sequenter C. de sent. & interloc. num. 6. & Mind. 3. de Process. 6. num. 17.
Unde coram eo, cui civilis tantum competit Jurisdiction, recon-
ventio super criminali moveri nequit Marant. d. dist. 6. num. 23. & 24.
Sic Clericus coram Judice seculari, in causa spirituali reconveniri
non potest, post Socin. ad d. c. 1. nu. 29. Vmm. d. 9. 3. n. 12.

XLII.

Et generaliter Judices particulares, qui finitam & limita-
tam Jurisdictionem habent, ne quidem in reconventionem eam
egredi possunt, Mind. d. cap. 6. numer. 13. & 17. Hoc ipso enim,
quod limitatam habeant Jurisdictionem, & quidem certis in
causis, vel inter certas personas, de specie aliarum causarum
penitus separata judicare nequeunt, cum pro privatis in cæteris
causis reputentur, l. ultim. ff. de offic. Præf. urb. in quos privati Ju-
risdictionem, quam aliàs non habent, conferre non possunt, l. 3.
Cod. de Jurisdic. Ut hoc respectu quoque rectè Statutum, quod
Consules artium Mechanicarum, vel tribuum (die Zunffmeister)
cognoscant de causis, ad ipsorum opificium spectantibus; nulla-
tenus sit extendendum ad alias quæstiones juris, puta matrimonii,
dotis, hereditatis &c. ne per modum quidem reconventionis, arg.
l. 61. & ibi Costal. ff. de judic. Geil. 2. obs. 20. n. 9. ubi plures hujus senten-
tiæ suffragatores recenset.

XLIII.

Hinc & illud apparet, Judicem Feudalem, cujus Jurisdi-
ctio solùm limitata est ad causas Feudales, nec ultra eas ullam
notionem habet, Zas. in epit. Feud. p. 11. num. 12. in reconventio-
ne super causa allodiali cognoscere non posse. Nec enim suffi-
cit solùm, ut contentio sit inter dominum & vasallum, sed vel
maximè necesse est, ut lis sit de ipso Feudo, per text. in cap. unic.
de controvers. feud. apud pares in princ. cap. unic. de contro. inter episc.
& vasal. in princ. c. unic. §. si inter dominum de alienat. patern. feud. 2.
F. 39. Gothofr. Anton. D. Feud. 15. §. 3. lit. d. Vult. de Feud. lib. 2. c. 3. num.
9. & lib. 2. I. R. cap. 30. num. 53. Bocer. d. D. 21. §. 34. C. I. A. d. loco §. 21.
Sonsbecc. in comm. Feud. p. 14. numer. 38. Quam sententiam com-
munem asserit Mind. d. cap. 6. num. 24. Giseb. d. tract. cap. 26. num. 12.
Eandem-

eandemq; verissimam ait Schuanm. de process. Cameral. s. 67. n. 2. & in Camera Imperiali approbatam testatur Myns. 4. obs. 90.

XLIV.

Finis Reconvensionis vel est generalis, vel specialis. Ille Finis idem cum conventione, & communis est, ut scilicet rem nobis debitam in iudicio persequamur, §. 1. Institut. de act. post Gisebert. d. tract. cap. 29. numer. 1. & seqq. Vmm. d. D. 0. 7. n. 2. Hic vero, ut vel actorem urgentem, vicissim in eodem iudicio urgeamus, vel eò commodius eum ad transigendum impellamus. Gisebert. dict. tract. cap. 1. numer. 9. Iohan. Ferrar. de Iudic. praexercit. lib. 1. cap. 10.

XLV.

Effectus reconvensionis præcipuus est, quod per eam Effectus actor Jurisdictioni rei conventi subiciatur, ne possit ullâ exceptione vel personæ, vel privilegii sui, eum Judicem, quem agendo in sua causa approbavit, postea velut incompetentem repudiare, ejusve forum declinare per text. l. cum Papin. C. de sentent. & interlocut. l. 2. §. sed etsi, l. qui non cogitur 22. ff. de iudic. cap. 1. extr. de mut. petit. Quod tamen accipidendum est, duntaxat de fori declinatoriis exceptionibus, quibus actor reconventus ejusdem iudicis Jurisdictioni, coram quo ipsemet egit, subtrahere molitur, & ad impediendum litis progressum objici solent: cæteroquin aliæ exceptiones, vel dilatoriæ, vel peremptoriæ actori non denegantur, cum in reconvensione sit reus, qui pluribus exceptionibus, etiam contrariis, uti non prohibetur, l. nemo 8. ff. de except. Neque etiam interest, ut actor coram eodem Iudice respondere cogatur, utrum reus ante, an verò post litem in causa conventionis contestatam, reconvenire velit, aut possit: Utroque enim casu reconvensionis locum esse, & adhuc Jurisdictionem respectu actoris perpetuari, si maximè reconvensionis causa cum conventionem expediri non possit, supra dicta evincunt.

XLVI.

Alter effectus est, quod quemadmodum actor reconventus nullâ exceptione Judicem, quem in sua causa probavit, repellere possit:

re possit: quò minus coram eodem iudicium reconventionis sub-
ire compellatur, *d. l. cum Papinianus C. de sentent. & interloc.* Sic ex
diverso, utut maximè velit, pendente lite conventionis, actorem
in alio iudicio nequiquam convenire possit: sed ipse quoque, vel
apud eundem Iudicem, mox eum reconvenire, vel litis sibi illatae
terminum expectare cogatur, *ex Constitut. Iustin. in Novell. 96. cap. 2.*
vers. sancimus, approbata etiam jure Canonico *in cap. dispendia §.*
reus quoque de Rescript. in 6. Gisebert. d. tract. cap. ult. num. 2. cum seqq.
& Dd. communiter.

XLVII.

Contraria. Pugnantia reconventionis sunt vitia, quæ consistunt, vel in
personis, vel in rebus, vel denique in ipsa reconventionis forma:
quemadmodum ea sparsim *in superioribus* 00. reperire, & annotare
licet, ut eapropter, ne crambe, ut in proverbio est, bis cocta adpo-
natur, illa hinc repetere minimè necessarium videatur.

XLVIII.

Affine. Affinis reconventioni est Compensatio, *l. neque 6. C. de com-
pens. l. 1. C. rer. amot. Wesemb. in c. ff. d. t. de compensat. n. fin. Treutl.*
volum. 1. D. 25. 0. 13. lit. a. sicut enim reconventio nihil aliud est,
quàm actio, quam reus conventus contra actorem coram eo-
dem Iudice instituit, *Treutl. d. loco*, ita beneficium compensa-
tionis est quasi mutua quædam petitio, *l. amplius 15. ff. rem rat. hab.*
quatenus scilicet in iudicium deducitur, & coram eodem Iudice
proponitur; cum aliàs fiat ipso jure, semper per modum ex-
ceptionis, si proprietatem sectari volumus, opponenda, adeo-
que species reconventionis propriè non sit, sed solutionis po-
tius, *l. 4. ff. qui pot. in pign. hab. l. 4. C. de compens. cum similib.* Minus
commodè sentit *Accurs. ad l. 24. verb. cognoscatur C. de sentent. & in-
terlocut.* (cujus sententiæ post *Marant. p. 4. dist. 6. num. 6* etiam adheret
Gothofr. in not. ad l. 3. ff. de compens.) qui opinatur & vult, quod
reconventioni planè locus non sit, ubi Compensatio opponi
possit, ut quæ ipso jure minuat petitionem agentis, *§. in bonæ
fidei, Instit. de act. l. 4. l. ultim. in princ. Cod. de compensat.* & ob id in-
eptè ad reconventionem veniri videatur. Hanc enim opinio-
nem veram non esse, *inquit Cyn. ad d. l. 14.* & communiter re-
probari

probari scribit *Sichard. ibid. num. 12.* Et omninò tenendum est, quo casu compensatio locum habet, etiam reconventioni locum esse, l. 8. §. 2. ff. de negot. gest. l. 18. §. ult. ff. commod. l. 7. §. 1. ff. de compens. cum arbitrii mei sit, utrum compensare, an petere velim, teste *Vlp. in l. 1. §. 4. ff. de contr. tut. act. Cujac. 13. Obs. 7. circa fin. Gisebert. d. tract. c. 6. n. 2. & 3. Adde Vmm. d. D. θ. 1. n. 4.*

Atque hæc pro instituti ratione, ingeniiq; tenuitate, de hoc subtili & difficili, *Mar. Socin. in tit. extr. de mut. petit. sub fin. & intricato, Salic. in Auth. & consequ. n. 1. in pr. C. de sent. & interl. juris argumento proposuisse & dixisse sufficiat.*


Mantissæ loco sit:

*Judicem, & Assessores Camera Imperialis,
Judices esse ordinarios.*

Nomini SStæ. individux Trinitatis
Gloria, Honos & Gratiarum
actio sempiterna.



D QUÆ-


AD CLARISSIMUM Dn. DO-
ctorem questionem sic
dirigit

Magnus erat Pater ille tuus *Gulcherus*, & illo
Est major nullus, vix pietate par est.
Nomine cum venias, magnum est, sed majus anhelas
Nomen habere tibi; conveniendo *Patri*.
Re si convenias, satis est, hic siste, *Parenti*
Anne reconvenies, qui fuerit similis?

Johannes Philippus Schragmüller
U. J. D.

II.

Quem labor haut refugit, refugit quoque Gloria nunquam
(Non labor hanc, non hunc Gloria defugiet)
Sed Labor, Hic meus est, meus est Hic, Gloria dicit,
Non tamen exposcant ullius arbitrium.
Testis in hoc extas certus, Prædulcis Amice
Te labor haut refugit, Gloria nec refugit.
Namque Laboris opus, tam magna volumina juris
Volvere, sed fieri Doctor Honoris opus.
Gratulor ergo bono facto, & precor, hæcenus ut quem
Sic Labor, in solidum Gloria nunc habeat.

Honores noviter acquirendos

ita fibritus gratatur

Amico insigniter dilecto

Henricus à Miltis
Eques Misnicus.

UT pugil intrepidus, qui nomina clara Magistrū
ambit, prius pugnas subit.

Nec timet innumeris telis exponere corpus
aut perpeti durum jocum:

Pectore sed forti contra stat & adstat & instat
fretus sua Trifonide.

Instat, adusque ferat victricia vertice signa
& jam Magister audiat:

Sic quoque nunc audax certamen, Jane Georgi,
tentas lubetque congredi.

Congrederis meliore modo *meliore Minerva*
& *ultimò* te comprobas.

Mox *Themis* alma tibi dabit *ultima* maxima signa
Virtutis ultionum decus.

Quod decus eximio *Doctori* juris & æqui
debetur, id dabit tibi.

Gratulor idcirco de forti pectore, magnis
conatibusque gratulor.

Gratulor & mitrâ, quâ condecoraberis, omni
honore tandem gratulor;

Quem si concumulare cupis, defende Clientes
Et in dies augebitur.

*Amicitia & boni ominis ergò ita
adplaudabat*

Justus Fridericus Schönert

J. U. C.

E I N I S.

Et tunc in primis quibusdam Magister
 scribitur, prius rogatus scribit
 Nec tunc in primis tunc expone scopus
 aut prout dicitur in primis
 Testatur tunc contra & adhaerent
 fuerunt in Testatoribus
 In hac adhaerent tunc vicia verice signa
 & iam Magister adhaerent
 Sic quod non adhaerent tunc Georgi
 tunc adhaerent tunc congehi
 Congeheris meliore modo meliore
 & vicia re congehi
 Mox tunc adhaerent tunc vicia maxima signa
 Vicia tunc adhaerent tunc decess
 Quod tunc adhaerent tunc decess tunc decess
 decess id adhaerent tunc
 Gratulor tunc decess tunc decess tunc decess
 congehi tunc decess
 Gratulor & tunc decess tunc decess tunc decess
 honore tunc decess tunc decess
 Quam si congehi tunc decess tunc decess
 Et in dies adhaerent

Julius Tiberius

J. U. C.

FINIS



ULB Halle
005 714 745


3



VD17







QUOD DEUS TER OPT. MAX.
fortunet!

744.
32

EODEM PRÆSIDENTE
NOBILISSIMA ET AMPLISSI-
ma Facultate Juridica 1642,3

IN ALMA ARGENTORATENSIVM UNI-
VERSITATE DECERNENTE,

DISPUTATIONEM HANC
INAUGURALEM

De

RECONVENTIONE

*Pro consequendis ritè rectèque summis in
utroque Jure honoribus & pri-
vilegiis*

DOCTORALIBUS

Solemniter examinandam proponit

JOHANNES GEORGIUS à GULCHEN
Spirâ-Nemes.

Ad diem .i. Mensis Septembris, Horis locoque ordinariis.



ARGENTORATI

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

Anno M. DC. XLII.

